S. lucas.
S. matthæus.
S. marcus.

Cimel. C. 3. | Cim. 162 |

Cod. lat.
16002

X

Melchior

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

In uigilia nat̃ domini.

.i. In illo tp. Cum esset deposit̃.

In. Galli. canto v.

.ii. In illo tp. Exiit edictum.

In. Primo. mane.

.iii. In illo tp. Pastores loquebant̃.

Ad publicã. missam.

.iiii. In principio erat v.

In. nat̃. s. Stephani. m.

.v. Ecce ego mitto

In nat̃. s. Iohis apli.

.vi. Dixit iesus petro. Sequere.

In nat̃. scor̃ Innocentũ.

.vii. Angelus dni apparuit.

In. Circumcisione dni.

.viii. Postquam ẽ summata.

In. Epyphania. dni.

.viii. Cum natus esset.

In. Purificat̃. s. Marie.

.x. Postquam impleti s̃

In. Annuntiat̃. s. Marie.

.xi. Missus ẽ angls gab.

In. Die. Palmarum.

.xii. Cũ appropinquassent.

In. Cena. domini.

.xiii. Ante diem festum.

Sabbo seõ. Pasche.

.xiiii. Uespere autẽ sabbi.

In Die. sancto.

.xv. Maria magdalena.

Feria. Secunda.

.xvi. Euntes duo ex disc̃.

In vio dni. Pach.

NILLO

CUM

ES

SET DE

SPONSATA.

matr ihesu maria ioseph. antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sco.

Ioseph autem uir eius cum esset iustus. et nolle eam traducere. uoluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante. ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens.

Ioseph fili dauid. noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est. de spiritu sancto est. Pariet autem filium. et uocabis nomen eius iesum.

Ipse enim saluum faciet popu

L V M. S V

V M. A P E C

C A T I S

E O R V M.

IN·ILLE·TEMP· In galli cantu.
luc.

EXIT·
EDIC
T OM. C S K
augusto. ut describeretur uniuer
sus orbis. Hec descriptio prima. fac
ta est a preside syrie cyrino.

Et ibant omnes ut profiterentur. singuli
in suam ciuitatem. Ascendit autem & ioseph
a galilea de ciuitate nazareth in iudeam
ciuitatem dauid. que uocatur bethlehem. eo
quod esset de domo & familia dauid. ut p
fiteretur cum maria desponsata sibi uxore
pregnante. Factum est autem cum essent ibi.
impleti sunt dies ut parieret & peperit fi
lium suum primogenitum. Et pannis eum in

uolunt. & reclinauit eum in presepio. quia
non erat ei locus in diuersorio. Et pastores
erant in regione eadem uigilantes. & custo
dientes uigilias noctis super gregem suum.
Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. &
claritas dei circumfulsit illos. & timuerunt
timore magno. Et dixit illis angelus.
Nolite timere. Ecce enim euuangelizo uobis
gaudium magnū. quod erit omni pplo. quia
natus ē uobis hodie saluator qui ē xpus dns
in ciuitate dauid. Et hoc uobis signū. Inueni
etis infantē pannis inuolutū. & positum in
presepio. Et subito facta ē cum angelo multi
tudo militie celestis. laudantū deum. & di
centū. Gloria in altissimis deo. & in terra
pax hominib; bone uoluntatis.

Ihs. Primo. Oratione. Lucē.

IN ILLE TEMP.
PASTORES.
LOQVEBANTVR.
ad inuicē. Transeamus usq; in
lehem. & uideamus hoc uerbum.

quod factum est. quod fecit dominus. &
ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. &
inuenerunt MARIAM. & ioseph. & infantem
positum in presepio. Videntes autem. cogno
uerunt de uerbo quod dictum erat illis. de
puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati
sunt. & de his quę dicta erant a pastoribus
ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia
uerba hec. conferens in corde suo. Et reuersi
sunt pastores glorificantes & laudantes de
um. in omnib; quę audierant & uiderant
sicut dictum est ad illos.

INITIV. S. EVGELII SCDM IOH.

N PRINCI PIO ERAT VERBUM ET

VERBVM ERAT

apud dm. Et deus erat uerbum.

Hoc erat in principio apud de

um. Omnia ꝑ ipsum facta sunt. & sine ip
so factum est nichil. Quod factum est. in
ipso uita erat. Et uita erat lux hominum. &
lux in tenebris lucet. & tenebre eā non com
F ut homo missus a deo. Y prehendere.
cui nomen erat iohannes. Hic uenit in te –
stimonium. ut testimonium perhiberet de
lumine. ut omnes crederent per illum.
N on erat ille lux. sed ut testimonium ꝑhibe
re de lumine.
E rat lux uera. quę illuminat omnē hōmi
nem uenientē in hunc mundū. In mundo
erat. & mundus ꝑ ipsum factus est. & mun
dus eum non cognouit.
I n ꝓpria uenit. & sui eum ñ receperunt. Quot
quot autē receperunt eū. dedit eis potesta
tem filios dei fieri. his qui credunt in nomi
ne eius. qui non ex sanguinib; neq; ex uo
luntate carnis. neq; ex uoluntate uiri. sed
E t uerbu caro factum Y ex deo nati sunt.
est. & habitauit in nobis. Et uidimꝰ glam
eius. gloriam quasi unigeniti a patre. ple
num gracia & ueritate. s. Stephani. Math.

IN·ILL·TEMP·DICEBAT·IESVS·TBIS·IVDEIS·

ECCE. EGO. MITTO ad uos pphetas. & sapientes. & scribas. & ex illis occidetis. & crucifigetis. & ex eis flagellabitis. in synagogis uestris. & psequemini de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus. qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti usq; ad sanguinem Zacharie filii barachie quē occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis. uenient hec omnia super gnerationem istam.

Ierusalem. ierusalem. que occidis & lapidas prophetas eos qui ad te missi sunt. quociens

uolui congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas. & no
ecce relinquetur uobis domus uestra Y luisti.
deserta. Dico enim uobis. non me uidebitis
amodo donec dicatis. Benedictus qui ue
nit in nomine domini. Iohis. apli. secdm. Iohem.

IN ILLO TEMP.
DIXIT
DNS.
IESUS PETRO.
SEQUERE. OTE

Conuersus petrus. uidit
illum discipulum quem dili
gebat iesus sequentem. qui & recubuit in
cena super pectus eius & dixit. domine.
quis est. qui tradet te. Hunc ergo cum ui
disset petrus. dicit iesu. Dne. hic autem quid.
Dicit ei iesus. Sic — eum uolo manere. do

nec ueniam. quid ad te. Tu me sequere.
Exiuit ergo sermo iste inter fratres. quod disci
pulus ille non moritur. & non dixit ei ie
sus quia non moritur: sed sic eum uolo ma
nere donec ueniam quid ad te. Hic est
discipulus qui testimonium phibet de his.
& scripsit hec. Et scimus quia uerum est te
stimonium c i v s. Hat. Innocentii. Path.

IN ILLE TEMP.
ANGELS

APPARUIT. IN SOM
nis ioseph dicens. Surge & accipe pu
erum & matrem eius. & fuge in egyp
tum. & esto ibi usq; dum dicam tibi. futu
rum est enim. ut herodes querat puerum
ad perdendum eum. Qui consurgens acce
pit puerum. & matrem eius nocte. & secess
it in egyptum. & erat ibi usq; ad obitum

herodis. ut adimpleretur quod dictum est a
domino p̃ prophetam dicentem. Ex egypto uo
cauī filium meum. Tunc herodes uidens quo
niam illusus esset a magis. iratus ē ualde.
Et mittens occidit omnes pueros qui erant in
bethleem. & in omnib̃ finibus eius. a bimatu
& infra. secundum tempus quod exquisierat
Tunc adimpletū est. quod dic P a magis.
tum est p̃ ieremiā ꝓpheta dicentem. Vox in
rama audita ē. ploratus & ululatus multus
rachel plorans filios suos. Et noluit consola
ri quia non sunt. In. Circuicisione dni. Luca.

POST
QVĀ·CON
SUMMATI·
sunt dies octo. ut circumciderentur
puer. uocatum est nomen ieſus.
Quod uocatum est ab angelo. pri
usquam in utero CONCIPERETVR.

Ih. Sc̄o Die
Epyphanie.
Sc̄dm. Mathev̄.

NATVM·
TVS·ESSET·
IESVS·IN·BETH
LEHEM·IVDE·IN

diebus herodis regis. ecce magi ab oriente
uenerunt ierosolimam dicentes. Vbi est qui
natus est rex iudeorum. Vidimus enim
stellam eius in oriente. & uenimus adorare
Audiens autem herodes rex turbatus est.
& omnis ierosolima cum illo. Et con
gregans omnes principes sacerdotum. & scri
bas ppli. sciscitabat̄ ab eis ubi xp̄s nasceret̄.

At illi dixerunt ei. In bethlehem iude. Sic enim
scriptum est per prophetam. Et tu bethlehem
terra iuda. nequaquam minima es in principib
Ex te enim exiet dux. qui regat pplm meū isrl. Iuda.
Tunc herodes clam uocatis magis. diligenter di
dicit ab eis tempus stelle que apparuit eis.
Et mittens illos in bethlehem dixit. Ite & inter
rogate diligenter de puero. & cum inueneri
tis renuntiate michi. ut ego ueniens adorē eum.
Qui cum audissent regem. abierunt. Et ecce
stella quam uiderant in oriente. antecedebat
eos. usq; dum ueniens stetit supra ubi erat
puer. Videntes autem stellam. gauisi sunt
gaudio magno ualde. Et intrantes domum.
inuenerunt puerum cum maria matre eius.
Et procidentes. adorauerunt eum. Et apertis
thesauris suis obtulerunt ei munera. aurum
thus & mirram. Et responso accepto in som
nis. ne redirent ad herodem. per aliam

V I A M. R E V E R
S I. S V H T. I H
R E G I O H E M
S V A M.

In purificatione s. Marie. S. Luca.

POST QUĀ IMPLETI SUNT DIES PURGATIONIS MARIE secundum legem moysi. tulerunt illum in ierusalem. ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omne masculinum adaperiens uulua sanctum domino uocabitur. & ut darent hostiam secundum quod dictum est. in le

gt domini. par turturum. aut duos pullos co
Et ecce homo erat in ierusalem. ℣ lumbæ.
cui nomen symeon. & homo iste iustus & ti
moratus expectans consolationem israhel. &
spiritus sanctus erat in eo. Et responsum ac
ceperat a spiritu sancto. non uisurum se
mortem. nisi prius uideret xpm domini.
Et uenit in spiritu in templum. Et cum in
ducerent puerum iesum parentes eius. ut
facerent secundum consuetudinem legis
pro eo. & ipse accepit eum in ulnas suas.
& benedixit deum. & dixit. Nunc dimit
tis seruum tuum domine secundum uerbu
tuum in pace. quia uiderunt oculi mei.
salutare tuum. quod parasti ante faciem
omnium populorum. lumen ad reuelatio
N E M. G E N T I V M.
E T. G L O R I A M
P L E B I S.
T V E. I S
R A H E L.

In. Annuntatione s. Marie. secm. Luca.

NILLO·E MP·

IS

SUS·

ESTAN

CELUS·CA

BRIEL·ADEO·

1 Hi. Cl. Vii. Tu. Ant. Bro. Mi.

galilee cui nomen nazareth. ad uirginem

desponsatam uiro. cui nomen erat ioseph.

de domo dauid. et nomen uirgi nis maria.

Et ingressus angelus ad eam dixit.

Ave gracia plena. dominus tecum. benedic
ta tu in mulieribus. Que cum audisset. tur
bata est in sermone eius. & cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et dixit angelus ei.
Ne timeas MARIA. inuenisti enim gratiam
apud deum. Ecce concipies, & in utero pariesfilium.
& uocabis nomen eius iesum. Hic erit mag
nus. & filius altissimi uocabitur. Et dabit il
li dominus deus sedem dauid patris eius. &
regnabit in domo iacob in eternum. & regni
eius non erit finis. Dixit autem MARIA
ad angelum. Quomodo fiet istud. quoniam
uirum non cognosco. Et respondens angt
lus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in
te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. ideoq;
& quod nascetur ex te sanctum. uocabitur
filius dei. Et ecce elisabeth cognata tua. & ip
sa concepit filium in senectute sua. Et hic
mensis sextus illi que uocatur sterilis. quia
non erit impossibile apud deum omne uer
bum. Dixit autem MARIA. Ecce ancil
la domini. FIAT. MICHI
SECVNDVM VERBVM TVVM.

In. Die scō. Palmarū. secdm. MATHEV.

CUM APPROPINQUASSET IEROSOLIMIS ET VENISSENT BETHANIE AD MONTEM OLIVETI. TUNC IESUS MISIT DUOS DISCIPULOS DICENS EIS. ITE IN CASTELLUM QUOD CONTRA VOS EST. ET STATIM INVENIETIS ASINAM ALLIGATAM. ET PULLUM CUM EA. SOLVITE.

& adducite michi. Et siquis uobis aliquid dixe
rit. dicite quia dominus his opus habet. Et con
festim dimittit eos. Hoc autem factum est. ut
adimpleretur quod dictum est per prophetam
dicentem. Dicite filie syon. ecce rex tuus ue
nit tibi mansuetus. sedens super asinam. &
pullum filium subiugalis. Euntes autem di
scipuli. fecerunt sicut precepit illis iesus.
Et adduxerunt asinam & pullum. & impo
suerunt super eos uestimenta sua & eum de
super sedere fecerunt. Plurima autem tur
ba. strauerunt uestimenta sua in uia.
Alii autem cedebant ramos de arboribus. &
sternebant in uia. Turbe autem que prece
debant. & que sequebantur. clamabant
DICENTES. OSANNA
FILIO DAVID.
BENEDICTUS.
QUI VENIT
IN NOMINE
DOMINI.
INCENA. DOMINI.
SECUNDUM JOHANNEM

ANTE DIEM FESTUM PASCHE SCIENS.

ieſus. quia uenit hora eius. ut tranſeat ex
hoc mundo ad patrem. cum dilexiſſet ſuos
qui erant in mundo. in finem dilexit eos.
Et cena facta cum diabolus iam miſiſſet in
cor: ut traderet eum iudas ſymonis ſcariothes.
Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.
& quia a deo exiuit. & ad deū uadit. ſurgit
a cena. & ponit ueſtimenta ſua. Et cum ac
cepiſſet linteum. precinxit ſe. Deinde miſit
aquam in peluim. & cepit lauare pedes diſci
pulorū. & extergere linteo. quo erat p̄cinctus.
Venit ergo ad ſymonē petrum. & dicit ei pe
trus. Domine tu michi lauas pedes. Reſpon

dit ihs. & dicit ei. Quod ego facio. tu nescis
modo. scies autem postea. Dicit ei petrus.
Non lauabis michi pedes in æternum. Respon
dit ei ihs. Si non lauero te. non habebis partem.
mecum. Dicit ei symon petrus. Domine. non
tantum pedes meos. sed & manus & caput.
Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget. nisi ut
pedes lauet. sed est mundus totus. Et uos mun
di estis. sed non omnes. Sciebat enim quisnam
esset qui traderet eum. propterea dixit.
Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit
pedes eorum. & accepit uestimenta sua. cum
recubuisset. iterum dixit eis. Scitis quid fece
rim uobis.
Uos uocatis me. magister & do
mine. & benedicitis. Sum etenim.
Si ergo laui uestros pedes dominus & magi
ster. & uos debetis alter alterius lauare pe
Exemplum enim dedi uobis.
Ides.
V T. Q V E M A D M O D V M
E G O. F E C I. V O B I S.
I T A. E T. V O S. F A
C I A T I S.

SABBATO. SĒO. PASCHE.
SCŪM. MATHEVM.

ESPE
RE·AU
TEM·SABBA
TI·QUE·LU
CESCIT·IN·

primam sabbati. uenit MARIA magda
lena. & altera MARIA uidere sepulchru.
Et ecce terremotus factus est magnus.
Angelus enim domini descendit de celo. &
accedens reuoluit lapidem. & sedebat super
Erat autem aspectus eius sicut ful Vcum.
gur. & uestimentum eius sicut nix.
Pre timore autem eius exterriti sunt custodes.
et facti sunt uelut mortui.
Respondens autem angelus. dixit mulieribus.
Nolite timere. Scio enim. quod iesum qui crucifixus est quaeritis. Non est hic. surrexit enim
sicut dixit. Venite & uidete locum. ubi positus erat dominus. Et eito euntes dicite discipulis eius quia surrexit. & ecce praecedet uos in

G A L I L E
A M. I B E
V M. V I B F B I
T I S. E C C E
B I X I.
V O B I S.

Ihs. Dies Sancti
Sancti Marcuri.

AMARI
A·MAG
DALENA·
ET·MARIA·
IACOBI·ET·

salome emerunt aromata. ut uenientes
ungerent iesum.
Et ualde mane una sabbatorũ ueniunt ad
monumentum. orto iam sole. Et dicebant
ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab
ostio monumenti. Et respicientes. uiderunt
reuolutum lapidẽ. Erat quippe magnus ualde.
Et introeuntes in monumentũ. uiderunt iuue
nem sedentẽ a dextris cooptũ stola candida.
& obstupuerunt.
Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum que
ritis nazarenum. crucifixũ. Surrexit. non est hic.
Ecce locus. ubi posuerunt eũ. Sed ite discipulis
eius & petro. quia p̃cedet uos in galileã. Ibi eũ
uidebitis. sicut dixi uobis. Fr̃. II. s. Lucan.

IN ILLO TEMP.
IRE
VNTES
DUO.

ex discipulis iesu. ibant ipsa die in castellum
quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab ie
rusalem. nomine emmaus. Et ipsi loqueban
tur ad inuicem. de his omnib; que acciderant.
Et factum est dū fabularentur: & secum quere
rent. & ipse iesus appropinquans ibat cū illis.
Oculi autem eorum tenebantur. ne eum ag
noscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi ser
mones. quos conferis ad inuicem ambu
lantes. & estis tristes. Et respondens un
cui nomen [illegible] cleopas. dixit ei. Tu solus
peregrinus es in ierusalem. & non cognouisti.
que facta sunt in illa in his diebus. Quibus
ille dixit. Que. Et dixerunt. De iesu nazare
no. qui fuit uir propheta. potens in opere. &
sermone coram deo. & omni populo. & quo
modo tradiderunt eum summi sacerdotes.
et principes nostri in dampnationem mor
tis. & crucifixerunt eum. Nos autem speraba
mus. quod ipse esset redempturus israhel.
Et nunc sup hec omnia. tertia dies ē hodie.
quod hec facta sunt. Sed & mulieres queda
ex nr̄is terruerunt nos. que ante lucem fue

clm.
16002

rum ad monumentum. & non inuento cor-
pore eius. uenerunt dicentes se etiam uisionē
angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere.
Et abierunt quidā ex nris ad monumentum.
& ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt.
ipsum uero non inuenerunt. Et ipse dixit
O stulti. & tardi corde. ad credendum. in omnibus quę locuti sunt prophetę.
Y ad eos.
Nonne hec oportuit pati xpm. & ita intrare
in gloriam suam. Et incipiens a moyse. &
omnib; prophetis interpretabatur illis in om
nibus scripturas. quę de ipso erant. Et appro
pinquauerunt castello quo ibant. & ipse finx
it se longius ire. Et coegerunt illum dicentes.
Mane nobiscum. quoniam aduespperasset. &
inclinata ē iam dies. Et intrauit cum illis.
Et factum ē cum recumberet cum illis. acce
pit panem. & benedixit. ac fregit. & porri
gebat illis. Et aperti sunt oculi eorum. & cogno
uerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.
Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nrm ar-
dens erat in nobis. dū loqueretur in uia. &
aperiret nobis scripturas. Et surgentes eade

hora regressi sunt in ierusalem. & inuenerunt
undecim. & eos qui cum ipsis erant dicentes.
quod surrexit dominus uere. & apparuit sy
Et ipsi narrabant que gesta erant in uia. Y mon.
et quomodo cognouerunt eum in fractione
F. k. iii. sedm. l v e a Y panis.

N. ILL. TEMP.

STETIT IESUS IN MEDIO
discipulorum suorum. & dicit eis. Pax uob.
Ego sum. nolite timere. Conturba
ti uero & territi. existimabant se
spiritum uidere. Et dicit illis. Quid turbati
estis. & cogitationes ascendunt in corda ura.
Videte manus meas. & pedes. quia ipse ego
Palpate. & uidete. quia spiritus Y sum.

carnem & ossa non habet. sicut me uidetis habe
re. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus & pe
Ad huc autem illis non credentibus. des.
et mirantibus pre gaudio. dixit. Habetis hic
aliquid quod manducetur: At illi obtule
runt ei partem piscis assi. & fauum mellis.
Et cum manducasset coram eis. sumens reliqui
as dedit eis. & dixit ad eos, Hec sunt uerba. que
locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum.
quoniam necesse est impleri omnia. que scrip
ta sunt in lege moysi. & prophetis. & psalmis
Tunc aperuit illis sensum. ut intel Y de me.
ligerent scripturas. & dixit eis. Quoniam sic
scriptum est. & sic oportebat pati xpm. & re
surgere a mortuis die tertia. & predicari in
NOMINE EIVS. PENI
TENTIAM ET REMI
SSIONEM PECCA
TORVM IN OMNES
GENTES.
FERIA. QVARTA.
LECTIO. SCI. EWANGELII.
SECD M. IOHANNEM.

N·ILL·E·MP·

MANIFES TAUIT·SE·

ıesus ad mare tyberiadis.' manifesta
uit autem sic. Erant autem simul sy-
mon petrus & thomas. qui dicitur didimus.
& nathanahel qui erat a chana galileę. & filii
zebedei.' & alii ex discipulis eius duo.
Dicit eis symon petrus. Vado piscari. Dicunt ei.
Venimus & nos tecum.
Et exierunt & ascenderunt in nauim.' & noc
te illa nichil prendiderunt. Mane autem
facto. stetit ıesus in litore.' non tamen cog
nouerunt discipuli quia ıesus est. Dicit ergo

eis iesus. Pueri. nunquid pulmentarium habe
tis. Responderunt ei. Non. Dicit eis. Mittite
in dexteram naui rete. & inuenietis.
Miserunt ergo. & iam non ualebant illud trahe
re pre multitudine piscium. Dicit ergo discipu
lus ille. quem diligebat iesus petro. Dominus
Symon petrus. cum audisset quia ℣ est.
dominus est. tunica succinxit se. erat enim nu
dus. & misit se in mare. Alii autem discipuli.
nauigio uenerunt. Non longe enim erant a
terra. sed quasi cubitis ducentis trahentes ret
Ut ergo descenderunt in terram. ℣ piscium.
uiderunt prunas positas. & piscem super posi
tum & panem. Dicit eis iesus. Afferte de pisci
bus. quos prendidistis nunc. Ascendit symon
petrus. & traxit ret in terram plenum mag
nis piscib; centũ quinquaginta trib. Et cum
tanti essent. non ẽ scissum ret. Dicit eis ihs.
Uenite. prandete. Et nemo audebat discumben
tium. eũ interrogare tu quis es. scientes quia
dominus ẽ. Et uenit iesus. & accepit panẽ. &
dat eis. & piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestat
ẽ ihs discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis.

In. ascensione dni. secm. Marcum.

INLET·T·

RECŪ

BENTI

BUS·VNDE

CIM·DISCI

PVLIS. APPARV

it illis iesus. & exprobrauit incredulitatem

illorum & duriciam cordis. quia his qui ui

derant eum resurrexisse non crediderunt.

Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum.
predicate euuangelium omni creature. Qui
crediderit. & baptizatus fuerit. saluus erit.
Qui uero non crediderit. condempnabitur.
Signa autem eos qui crediderint hec sequent.
In nomine meo demonia eicient. linguis lo
quentur nouis. serpentes tollent. Et si moru
ferum quid biberint. non eos nocebit. Super egros
manus imponent. & bene habebunt. Et dns qui
dem ihs postquam locutus est eis assumptus est in
celum. & sedet a dextris di. Illi autem profecti. predicaue
runt ubique. dno cooperante. & sermonem confirman
te. sequentibus signis. Vig. Pent. S. Iohem.

N·I·L·O·T·E·M·P·
DIXIT·D·I·D·SVIS·

SI DILIGITIS

ME·MANDATA·
mea seruate. Et ego rogabo patrem. & aliud pa
racletum dabit uobis. ut maneat uobiscum in eter
num. spm ueritatis quem mundus non potest accipere.
quia non uidet eum nec scit eum. Uos autem cogno

secus eum. quia apud uos manebit. & in uobis.
Non relinquam uos orphanos. uenio ad uos. Ierit.
Adhuc modicum. & mundus me iam non uidet.
Vos autem uidetis me. quia ego uiuo. & uos uiuet
Illo die cognoscetis. quia ego sum in pa Ytris.
tre meo. & uos in me. & ego in uobis. Qui ha
bet mandata mea. & seruat ea. ille est qui dili
git me. Qui autem diligit me. diligetur a patre
Et ego diligam eum. & manifestabo ea Ymeo.

Sco die.

NILX·T· scdm. Johem.

DIXIT·DNS·

IHS·D·S·

SI QIS·

DILIGIT·ME·

SERMONE·

MEV· SERVABIT·

Et pater meus diligit eum. & ad eum ueniemus.
& mansionem apud eum faciemus. Qui non
diligit me. sermones meos non seruat.
Et sermonem quem audistis non est meus. sed
eius qui misit me patris. Hec locutus sum
uobis. dum uos manens.
Paraclytus autem spiritus sanctus. quem mit
tet pater in nomine meo. ille uos docebit
omnia. & suggeret uobis omnia quecunq;
dixero uobis. Pacem relinquo uobis. pacem
meam do uobis. Non quomodo mundus
dat. ego do uobis. Non turbetur cor uestrum.
neq; formidet. Audistis quia dixi uobis. uado
do & ueniо ad uos. Si diligeretis me gaude
retis utiq; quia ad patrem uado. ~~quia ad~~
~~patrem uado.~~ quia pater maior me est.
Et nunc dixi uobis priusquam fiat. ut cum
factum fuerit credatis. Iam non multa lo
quar uobiscum. Venit enim princeps mun
di huius. & in me non habet quicquam.
Sed ut cognoscat mundus quia diligo pa
trem. & sicut mandatum dedit michi pa
ter sic facio. Fer. II. Sedm. Iohannem.

IN·ILLO·T·DIXDIOS·SIC·E NI·OS·DILEX

IT. AA V H D VAA. VT.

filium ſuum unigenitum dare.
ut omnis qui credit in ipſo non pereat. ſed
habeat uitam eternam. Non enim miſit ds
filium ſuū in mundū. ut iudicet mundum.
ſed ut ſaluetur mundus p ipſum. Qui cre
dit in eum ñ iudicatur: Qui autem non cre
dit iā iudicatus ē. quia ñ credidit in nomi
ne unigeniti filii di. Hoc ē autē iudicū. quia
lux uenit in mundū. & dilexerunt homines magis
tenebras quā lucē. Erant enim eorū mala opa.

Omnis enim qui male agit odit lucem. & non
uenit ad lucem. ut ne arguantur opa eius. Qui
autem facit ueritatem uenit ad lucem. ut mani
festentur opa eius. quia in deo facta sunt.

Fer. iii.

IN ILLO TEMPORE. s. Iohan.

DIXIT DIS
CIPULIS SUIS.
AMEN AMEN DICO
VOBIS. QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE OVIUM. SED
ascendit aliunde. hic fur est & latro.
Qui autem intrat per ostium. pastor est
ouium. Huic ostiarius aperit. & uo
cem eius oues audiunt. et proprias oues uocat
nominatim. & educit eas. Et cum proprias oues
emiserit. ante eas uadit. & oues illum sequuntur.
quia sciunt uocem eius. Alienum autem non secun
tur. sed fugiunt ab eo. quia non nouerunt uocem

alienos. Hoc puerbium dixit eis ihs. Illi autem
non cognouerunt. quid loquerentur eis. Dixit
ergo eis iterũ ihs. Amen amen dico uobis. quia
ego sum ostiũ ouiũ. Omnes quotquot uenerunt.
fures sunt & latrones. sed ñ audierunt eos oues.
Ego sum ostiũ. per me siquis introierit saluabit̃.
& ingredietur. & egredietur & pascua inuenietur.
Fur ñ uenit. nisi ut furet̃. & mactet & pdat.
Ego uenI ut uitã habeant. & abundantius
habeant.

Ly. hat. sci.
Lohis. baptiste.
secvm. lvcam.

LSA
BETh·
IMPLETŪ·
EST·TEM
PUS·PARIENDI·
ET. PEPERIT. FILIVM.
Et audierunt uicini & cogniti eius. quia
magnificauit dominus misericordiam

suam cum illa. & congratulabantur ei.

Et factum est in die octauo. uenerunt circum-
cidere puerum. & uocabant eum nomine
patris sui Zachariam. Et respondens mater
eius dixit. Nequaquam. sed uocabitur iohan
Et dixerunt ad illam. Quia nemo est ꝓnes.
in cognatione tua. qui uocetur hoc nomine.
Innuebant autem patri eius. quem uellet uoca
ri eum. Et postulans pugillarem. scripsit di
cens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt
uniuersi. Aperum ē autem illico os eius & lin
gua eius. & loquebatur benedicens dm. Et
factus est timor sup omnes uicinos eorum. &
p omnia montana iudee diuulgabantur
omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui
audierant in corde suo dicentes. Quis putas
puer iste erit. Etenim manus domini. erat
cum illo. Et Zacharias pater eius impletus
est spiritu sancto. & prophetauit dicens.
Benedictus dominus deus israhel. quia ui
sitauit & fecit redemptionem plebis sue.

In nat. s. Lcm.
secm. Math.

EGRESSUS IESUS IN PARTES CESAREE PHILIPPI ET INTERROGABAT DISCIPULOS SUOS DICENS. QUEM DICUNT HOMINES ESSE FILIUM HOMINIS.

At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam.
alii autem heliam. alii uero ieremiam. aut
unum ex prophetis. Dicit eis iesus. Vos autem
quem me esse dicitis. Respondens symon
petrus dixit. Tu es xpc filius dei uiui.
Respondens autem iesus dixit ei.
Beatus es symon bariona. quia caro & san
guis non reuelauit tibi. sed pater meus qui
in celis est. Et ego dico tibi. quia tu es petrus
& super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. & portę inferi non preualebunt
aduersus eam. Et tibi dabo claues regni
Et quodcunq; ligaueris celorum.
super terram. erit ligatum & in celis.

E T. Q V O D C V M Q;
S O L V E R I S. S V
P E R. T E R R A M. E
R I T. S O L V T V M.
E T. I N. C E L I S.

In assumptione Sce Marie
Secm Lucam

INTRAUIT IESUS IN QUODDAM CASTELLUM ET MULI

et quedam MARTHA nomine excepit
illum in domum suam.

Et huic erat soror: nomine MARIA.
Que etiam sedens secus pedes domini. audie
bat uerbum illius: MARTHA autem sa
tagebat circa frequens ministerium. Que
stetit & ait. Domine: non est tibi curę quod
soror mea reliquit me solam ministrare.
Die ergo illi: ut me adiuuet. Et respondens
dixit illi dominus. Martha. martha: solli
cita es. & turbaris erga plurima. Porro. unū
est necessarium. MARIA. optimam par
T E M. E L E G I T.
Q V E. H O H.
A V F E R E
T V R. A B
E A.
H A T A L E
S A H C T I.
A V G V S T I H I.
E P I S C O P I.
S E C V H D V M.
L V C A M.

NILET·T·
DIX·D·I·D·S·
PARABOLA·HAC·
OM·
QUI
DANO
BILIS·ABIT·

IH·REGIONEM·LONH
ginquam.´ accepert sibi regnum & reuerti.
Vocatis autem decem seruis suis: dedit illis de
cem mnas.´ & ait ~~ait~~ ad illos. Negociamini

dum uenio. Ciues autem eius oderant illu.
& miserunt legationem post illum dicen
Nolumus hunc regnare super nos. Vers.
Et factum est ut rediret accepto regno. iussit
uocari seruos quibus dedit pecuniam. ut
sciret quantum quisq; negociatus esset.
Venit autem primus dicens. Domine. mna
tua. decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge
bone serue. quia in modico fidelis fuisti.
eris potestate habens sup decem ciuitates.
Et alter uenit dicens. Domine. mna tua.
fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu esto sup
quinq; ciuitates. Et alter uenit dicens. Dne.
ecce mna tua. quam habui repositam in su
dario.
Timui enim te. quia homo austeris es. tollis quod non posuisti. & metis quod n̄
seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico.
serue nequa. Sciebas quod ego austeris ho
mo sum tollens quod n̄ posui. & metens qd
non seminaui. & quare n̄ dedisti pecuniam
meam ad mensam. Et ego ueniens. cum usu
ris utiq; exegissem illud. Et astantib; dixit.
Auferte ab illo mnam. & date illi qui decem

mnas habet. Dico autē uobis. quod omni ha
benti dabitur: abeo autem qui non habet. ⁊ q̄d
habet auferetur ab eo.

mnas habet. Dico autem uobis. quod om
ni habenti dabit. ab eo autem qui non habet.
& quod habet auferetur ab eo.

Ih. Nativitate. s. Marie.

INITIV. S. EVGELII. S.
MATHEVI.
LIBER.
GENE
RATI
ONIS. IHV. XPI.
FILII. DAVID.

filii abraham. Abraham genuit ysaac. ysaac
autem genuit iacob. Iacob autē genuit iuda.
& fratres eius. iudas autē genuit phares & zara
de thamar. Phares autem genuit esrom. es-
rom autē genuit aram. aram, autem genuit, ami
nadab. aminadab autem genuit naason.
Naason autē genuit salmon. salmon autē
genuit booz de raab. Booz autē genuit
obeth ex ruth. obeth autem genuit iesse.
Iesse autē genuit dauid regem. dauid autē
rex genuit salemonē ex ea que fuit uric.
Salemon autē genuit roboam. roboam autē
genuit abiam. Abia autē genuit asa. asa
autē genuit iosaphat. Iosaphat autē genuit
ioram. ioram autē genuit ozia. Ozias autē genu
it ioatha. ioatham autē genuit achaz. achaz
autē genuit ezechia. ezechias autē genuit
manasseh. Manasses autē genuit ammon.
ammon autē genuit iosia. Iosias autē genuit
iechonia. & fratres eius in transmigrationem
babilonis. Et p̄ transmigrationem babilo
nis. iechonias genuit salathiel. Salathiel
autē genuit zorobabel. zorobabel autē genu

it abiuth. Abiuth autem genuit eliachim. elia
chim autē genuit azor. Azor autē genuit sadoch.
sadoch autē genuit achim. Achim autē genuit eliud.
eliud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit
mathan. mathan autē genuit iacob. Iacob autē
genuit ioseph. Ipse qua natus ē ihs q̄ uocat̄ xp̄s. uirū mariē

In dedicatione ecclę. Scdm. h. v c a or.

N·ILET·
INGRES
SUS·IE
SUSPER
AMBULA
BAT·IERICHO;
ET·ECCE·UIR·

nomine Zacheus. & hic erat princeps publica
norum. & ipse diues. Et querebat uidere iesum.
quis esset. & non poterat pre turba. quia statu
ra pusillus erat. Et preurrens ascendit in arbo
rem sicomorum. ut uideret eum. quia inde
erat transiturus. Et cum uenisset ad locum.
suspiciens iesus uidit illum. & dixit ad eum.
Zachee festinans descende. quia hodie in domo
tua oportet me manere. Et festinans descen
dit. & suscepit illum gaudens. Et cum uide
rent omnes murmurabant dicentes. quod ad
hominem peccatorem diuertisset. Stans
autem Zacheus. dixit ad iesum. Ecce dimi
dium bonorum meorum domine do paupe
ribus. & si quid aliquem defraudaui. reddo
quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie
salus domui huic facta est. eo quod & ipse
filius sit abrahe.
Venit enim filius hominis querere & saluum
FACERE. QVOD
PERIERAT.

In. Fest. s. Michahel archangli. Xathev.

IN·ILLE·TEMP·

CCESSERUNT·DISCIPULI·

ADIESUM·DICENTES. QUIS. PUTAS

maior est in regno celorum. Et aduocans

iesus paruulu. statuit eu in medio eox & dixit.

Amendico uobis. nisi conuersi fueritis & efficia
mini sicut paruuli. non intrabitis in regnũ celorũ.
Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus
iste. hic ē maior in regno celor. Et qui susceperit
unũ paruulũ tale in nomine meo. me suscipit.
Qui autē scandalizauerit unũ de pusillis istis. qui in me credunt. expedit ei. ut suspendatur mola asinaria. in collo eius. & dimergatur
in profundũ maris. Ve mundo ab scandalis. Ve
runtamen ue homini. p quē scandalũ uenit.
Si autē manus tua uel pes tuus scandalizat te.
abscide eũ & pice abs te. Bonum ē tibi ad uitam
ingredi debile uel claudũ. quā duas manus. &
duos pedes habentē mitti in ignē eternum.
Et si oculus tuus scandalizat te. eruc eũ & pice
abs te. Bonum ē tibi unum oculũ habentem
in uitam intrare. quam duos oculos habentē
mitti in gehennam ignis.
Uidete ne contempnatis unum ex his pusillis.
Dico enim uobis. quia angeli eorum semper
uident faciem patris mei. qui in celis est.
In. Fest. Omnium Sc̃orũ.
Secundũ Matheũ.

N·ILLO·TEMPORE·DIXIT·IESUS·DISCIPULIS·SUIS·VIDENS·AUTEM·TURBAS·ASCENDIT·IN·MONTEM·ET·CUM·SEDISSET·ACCESSERUNT·AD·EUM·DISCIPULI·EIUS·ET·APERIENS·OS·SUUM·DOCEBAT·EOS·DICENS·BEATI·PAUPERES·SPIRITU·QUONIAM·IPSORUM·EST·REGNUM·CELORUM·

Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram.
Beati qui lugent. qm̃ ipsi consolabuntur:
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. quoniam
ipsi saturabuntur.
Beati misericordes. qm̃ ipsi miãm consequent̃.
Beati mundo corde. qm̃ ipsi dm̃ uidebunt.
Beati pacifici. quoniã filii dei uocabuntur.
Beati qui ꝓsecutionem patiunt̃ propter iusti
tiam. quoniam ipsorum ē regnum ce̦lorũ.
Beati estis cum maledixerint uobis. & ꝓsecuti
uos fuerint. & dixerint omne malum ad
uersum uos mentientes. propter me.
Gaudete & exultate. quoniam merces uã
copiosa est in c e l i s.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Gemilde f 10. 15. 20. 27. 30. 32. 37.
39.

31 Initialen.

2. März 74
B

St
Corrosione
Vermium Vindicatum
et
Integritati Restitutum
Anno
1798